Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

bam virentem et facientem semen
et lignum pomiferum faciens fruc
tum iuxta genus suum cui semen
in semetipso sit super terram. Et fac
tum est ita. Et protulit terra herbam
virentem et afferentem semen iuxta
genus suum. lignumque faciens
fructum. et huius vnusquisque se
mentem secundum speciem suam. Et vi
dit deus quod esset bonum. Factumque
est vespe et mane dies tertius.
Dixit autem deus. Fiant luminaria
in firmamento celi et diuidant
diem ac noctem. et sint in signa
et tempora et dies et annos ut luce
ant in firmamento celi et illu
minent terram. Et factum est ita.
Fecitque deus duo magna lumina
ria. luminare maius ut preesset
diei. et luminare minus ut pre
esset nocti et stellas. Et posu
it eas in firmamento celi ut
luceret super terram. et preesset diei
ac nocti: et diuideret lucem ac
tenebras. Et vidit deus quod esset
bonum. Factum est vespe et
mane dies quartus. Dixit etiam
deus. Producat aque reptile aie
viventis. et volatile super terram
sub firmamento celi. Creauitque
deus cete grandia. et omnem animam
viventem atque motabilem quam pro
duxerat aque in species suas et om
ne volatile secundum genus suum. Et
vidit deus quod esset bonum. benedixit
que eis dicens. Crescite et multipli
camini et replete aquas maris.
auesque multiplicentur super terram.
Et factum est vespe et mane dies
quintus. Dixit quoque deus. Procu
cat terra animam viventem in genere
suo iumenta et reptilia et bestias terre iuxta species suas. Factumque
est ita. Et fecit deus bestias terre iux
ta species suas. iumenta et omne
reptile terre in genere suo. Et vi
dit deus quod esset bonum. et ait. Fa
ciamus hominem ad ymaginem et
similitudinem nostram. et preesint pisci
bus maris. et volatilibus celi. et be
stiis vniuerseque terre. omnique repti
li quod mouetur in terra. Et creauit
deus hominem ad ymaginem et similitu
dinem suam. ad ymaginem dei crea
uit illum. masculum et feminam
creauit eos. Benedixitque illis
deus et ait. Crescite et multiplica
mini et replete terram et subiicite
eam. et dominamini pisci bus maris et
volatilibus celi. et vniuersis animan
tibus que mouentur super terram.
Dixitque deus. Ecce dedi vobis et
omnem herbam afferentem semen
super terram. et vniuersa ligna que sunt
in semetipsis semen generis sui.
ut sint vobis in escam. et cunctis
animantibus terre. omnique volucri celi
et vniuersis que mouentur super terram
et in quibus est anima viuens. ut
habeant ad vescendum. Factum
est ita. Viditque deus cuncta que
fecerat et erant valde bona. Et